

sumat aliquid vel ad ordinandum vel ad disponendum vel ad dominandum.

Ordinationes vero, quas petierit abbas vel ipsi fratres, vel ecclesiarum consecrationes vel altaris benedictionem, crismatis quoque oleique sanctificationem, prout petierint abbas et loci illius habitatores, non moretur praestare, quia munus officii sui episcopus non pro lucrigratia, sed pro creditae sibi dispensationis ministerio debet impendere et providentiae pastoralis exstitit, ut creditis sibi ovibus ex amore potius quam ex potestate consulere quaerat . . .

. . . Abbatem vero de se eligendi fratres coenobii sancti Karilefi semper habeant potestatem neque in eius electione episcopi Cenomanici respiciant constitutionem aut dispositionem . . .

. . . Et quoniam multi per pravorum insidias hominum servis saepe Dei fabricantur doli, decernimus, ut ordinatus deponi non possit, nisi criminalis eum causa monstraverit reum. Quodsi fuerit infamiae calumniis denotatus, ex regali providentia episcoporum habea(n)tur non minus quam sex conventus . . .

. . . Non est enim aequum, ut electus et ordinatus ecclesiae pastor fortuito et sine iudicio absque ullius manifesti criminis denotatione

Ordinationes vero, quas^a pecierit abbas vel ipsi fratres, vel ecclesiarum consecrationes vel altaris benedictionem, crismatis quoque oleique sanctificationem, prout pecierit abbas et loci illius habitatores, non moretur prestare, quia communis officii sui causa episcopus non pro lucrigratia, sed pro credite sibi dispensationis ministerio debet impendere et providentiae pastoralis existit, ut decretis sibi ovibus ex amore potius quam potestate consulere quaerat.

Abbatem vero de se eligendi semper fratres habeant potestatem neque in eius electione episcopi respiciant constitutionem aut dispositionem.

Et quoniam multi per pravorum hominum insidias servis sepe Dei fabricantur doli, decernimus, ut ordinatus deponi non possit, nisi criminalis causa eum monstraverit reum. Quodsi fuerit infami^{a b} denotatus, ex regali providentia archiepiscoporum vel episcoporum habeantur non minus quam decem conventus.

Non est equum enim, ut electus et ordinatus ecclesiae pastor fortuito et sine iudicio absque ullius manifesti criminis denotatione pellatur. Nullus enim apud regem seculi dampnatur, nisi in criminali causa

a) 'quos' Forst.

b) 'infamie' Forst.